



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Non abesse ab infoecundis nuptiis suum etiam commodum cap. xxv

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

## DE PVDICITIA MATRIMONII

uoluntate quidem coniugum est, alterum uero in solius  
 Dei iussu, & potestate consistit. Sicut, n. furtum faciendū  
 non est, ut pauperibus dones: ita pari ratione non est co-  
 mittendū adulterium, ut accumules prolem. Vnde bea-  
 tus Augustinus dicit, q̄ sicut sanctius est mori fame, q̄  
 idoloticis uesci: ita sanctius esse defungi sine liberis, q̄ ex  
 illicito coitu stirpem quærere, quam dare siquidē, et eri-  
 pere liberos, Dei summi sit non uxoris, aut uiri: & prople-  
 rea moderate ferendum, atq; cœlesti consilio id totum  
 ascribendum: cui maxime nefarium est uelle repugnare.  
 Sed & apud Romanos Corbilius quidam sua ætate se-  
 nator illustris, eo q̄ propter sterilitatem repudiasset uxore  
 habitus est infamis, maximōq; tum publice: tū pri-  
 uatim affectus probro: quoniam & apud gētiles conari  
 quicquam contra fidem matrimonii tam prolis quam  
 uoluptatis causa, turpissimum habebatur. Fides ergo in  
 matrimoniis fœcunditati longe præstare debet, ac esse  
 prole potior: ita ut non possit salua pietate uxor cōtem-  
 ni, propter sterilitate: & spurce, & fœde loco eius haberi  
 pellex propter fœcunditatem.

Non abesse ab infœcundis nuptiis suum etiam  
 commodum. Cap. XXV.

**H**abet suum etiam bonum sterilitas matrimoni  
 licet spe posteritatis, & liberorum fruge careat:  
 ut pote quæ reddat uxorem mitem, morigeram  
 atq; ancillantem uiro. Vxor, n. eum quem mutuis filiorū  
 pignoribus non deuincit, eum sibi placidis moribus, &  
 charitate mutua asserere, atq; uendicare contendit. Con-  
 tra uero quæ fœcunda est, gloria prolis elata insolētior  
 effici solet, ac sæpe contemptui habere ob id maritum.  
 Sed nec illud uideri debet paruum commodum sterili-  
 tatis, neq; in postremis habendum: q̄ eiusmodi uiri nun-  
 quam pascunt filios alienos pro suis, sicut nec suos: quā

nulli mortalium explorata satis esse possit, aut planè cerò  
 ta uxoris continentia, quemadmodum de Psyllis, & Cel  
 tis quidam perhibent. Non. n. est nostris Medoacis, aur  
 Pado, siue Athesi, uel Mintio, aut ullis usquam fluminis  
 bus reliquis, quod olim dicitur fuisse Rheno ingenium:  
 quem ferunt pusillos Celtarum infantulos in suas undas  
 coniectos, si polluta esset matris pudicitia, tanquam im  
 puros rapidis mox uorticibus absorbere solitum: ædiò  
 tos uero legitima foetura ueluti sinu complexos placidò  
 do alueo sustinere: inq; trepidantes parentum manus, eos  
 tanquam è balneo reddere, salute infantis maternæ pu  
 dicitæ testimonium perhibente. Psyllorum quoq; genti  
 in Lybia idem ferriè experimentum legitimus fuisse, qd  
 Celtis in Gallia, discrimine licet diuerso. Mos. n. fuit illis  
 genitos statim infantibus serpentibus oblicere: eoru inq;  
 indicio experiri coniugum pudicitiam: si serpentes eos  
 ipsos filios, sicut & parètes innoxii fugerent. Alium quoq;  
 que morem superioris Lybiæ populis in dignoscendi  
 liberis tradit Aristoteles, quem hic nunc animi causa refe  
 rendum putauit. Dicit. n. qua ratione apud illos, quò mu  
 lieres essent communes, certos tamen liberos parentes  
 agnoscerent. Asserit namq; eos infantibus suos secundum  
 diuersas similitudines, ut cuiq; similis quisque erat, inter  
 se partiri solitos atq; alere pro suis. Sunt. n. mulieres in il  
 lis regionibus ceu equæ, boues, canesq; in nostro cœ  
 lo, quarum ea fere natura est, ut simillimos genitoribus  
 foetus ædant. Sed & aquila experimētum de filiis facit. si  
 ueri sint, an degeneres: quippe quæ pullos suos, quicūq;  
 aduersos solis radios acie oculorum perferre possunt,  
 nutrit, & educat pro suis: qui autem perferre nequeant, ut  
 nothos eiicit, atq; contemnit. At qui modo nostris paren  
 tibus nullum certius esse potest suæ prolis indicium, qd  
 sit (iuxta uulgi sermonem) intra limen, laresq; nata.

Quam incerto patre sint qd q; degeneres esse so  
 leant illegitime natu. Cap. XX VI.